

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive  
Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV**

**Weidenfeld, Johann S.**

**Londini, 1684**

36. Circulatum minus Guidonis

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](#)

*Author Appendicis Volum. tertii Theat. Chym. Menstrua  
hæc à supradictis ex sale harmoniaco confectis non differunt nisi  
præparatione, in illis tota terra vini phil. spiritu proprio redigi-  
tur in liquidam substantiam, quæ idem perficitur opus, sed alio  
modo. Huc referri debet menstruum Guidonis, quod ita com-  
ponitur.*

### 36. Circulatum minus Guidonis, *In Thesauro chymiatrico.*

R. **S**piritus vini (phil.) libram unam, salis vini (ejusdem) uncias quatuor, misce, juncturis bene -clausis destilla per alembicum in balneo, destillatum reaflunde & cohoba quater, & erit præparatum. *Lullius salia sua harmoniaca cum diffi-  
cultate quadam redigit in liquidam substantiam, at Guido sal vi-  
ni phil. quatuor cohobationibus destillat in idem menstruum. Ab-  
breviationis causa quærenda est in præparatione istius salis; quæ  
duplex est, communis vel secreta: De communi ita Guido; De-  
stillato vini spiritu ardente, abstrahe phlegma, donec materia  
in mellis tenuioris substantia remaneat, quæ in cella frigida  
dabit cristallos. nitro similes, quæ dicuntur sal vini, quas  
exime & serva, residuum evapora parumper, & accipies plu-  
res, &c.*

*De secreta autem hujus salis confectione ipse etiam Guido pag.  
8. Thes. R. Salis vini & spiritus vini ana uncias quatuor, di-  
gere per octo vel decem dies, abstrahie leniter in balneo, &  
ascendet tantum phlegma, & habebis salis Vini uncias sex, cui  
sali iterum adde ana spiritus sui, iterumque digere per decem  
dies, & abstrahe phlegma, sali remanenti affunde novum spi-  
ritum, & procede ut iuprà, & ita augmentabis sal vini juxta  
placitum. Haec posterior salis Vini confectio, non solummodo sui  
ipsius multiplicatio est, & tam quantitatis, quam qualitatis ad-  
ditio, sed insuper etiam est sui ipsius volatilisatio. Non mirum  
ergò est, quod sal, cuius medietas erat vini phil. spiritus, tam  
facile ascendat cum eodem spiritu. Observandum est tamen quam  
maxime, ne nimia ariditatis additione nimium temperemus  
salis vini ariditatem, & loco menstrui hujus generis conficiamus  
debilius aliquid secundi generis.*

*Quod*

*Quod de menstruis vegetabilibus dictum, hoc itidem intelligendum est de menstruis animalibus. Pro exemplo dabis,*

### 37. Cœlum animale Parisini, *In Apertorio.*

R. **U**rinam puerorum, qui sint inter octavum & duodecimum annum, bona dispositionis & valetudinis, quam collige bonam & in bona quantitate, & pone in pluribus vasis vitreis, quæ adimplere ultrà duas tertias non debes, ut eò melius possit circulari. Singulis decem mensuris urinæ admisce C. nostri ( aquæ ardenti phil. mensuram semis) quod sit absque omni phlegmate, vasa optimè cera sigillata pone ad putrefaciendum per 15 dies, & tum materiam invenies nigram & à sua terrestreitate separatam. Et scias, quò longius remaneat in putrefactione, eò perfectius fit opus. Singulis quinque diebus mutandus est simus. Tum effunde in vas, quod descripsimus in opere vegetabili, & destilla juncturis bene lutatis, usque videoas signum, de quo loquuti fuimus in cap. B. sed pro certiori signo destillabis tantummodo duas partes, tum amo- to recipiente appone aliud, & continua destillationem, usque dum remaneat instar syrapi vel picis fusæ. Tum accipe has duas partes reservatas, & destilla ex eodem balneo, recipiens tres partes ex quatuor, relictam quartam abjice. Ex his tri- bus verò destilla medietatem, & iterum destilla ex hujus me- dietatis quatuor partibus tres partes, quas bis destilla per se, & sic habebis florem tuum rectificatum quo extrahimus Acetum acerrimum ex propria terra. Accipe ergo hanc terram in for- ma syrapi existentem, cui affunde florem. (*spiritum*) ad trium digitorum eminentiam, clade vas alembico cæco & luta jun- cturas cum cera gummata, pone in putrefactione per tres dies naturales, oportet interdum commovere materiam in vase lu- tato, ut partes saline eò melius dissolvantur. Postea depone alembicum cæcum, & appone alembicum commune, verum in hac mutatione caveas, ne salium acredo noceat oculis tuis. Tum destilla leniter in cineribus & quum tali calore extraxeris